

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

De viribus liberi arbitrij ad implendam legem vniuersam, etiam sub veniali  
culpa obligantem. disput. 16.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

A ibidem confirmatur, nec non can. 5. 6. 20. 22. 23. 26.  
& 32. e iusdem sessionis.

## DISPUTATIO XVI.

*De viribus liberi arbitrij, ad implendam legem  
vniuersam etiam, sub veniali cul-  
pa obligantem.*

Scholasticorum sententiam ad Pelagianorum errorum attinere, aut cum antiquis definitionibus Ecclesiæ pugnare, numquam tam liberum reliquissent eam amplecti, ne dicam argumento à contrario sensu eam veram esse significassem. Denique in toto Concilio Tridentino, in quo tam latè, accuratè atque dilucidè omnia, quæ ad iustificationem spectant, explicata ac definita sunt, neque vestigium reperiatur, quod cum exposita Scholasticorum sententia, vel primo aspectu, pugnare videatur: cùm tamen multa sint, quæ illi faueant, ac suffragentur.

Certè si quæ tota haec disputatione dicta sunt, vt par est, expendantur, nescio quis in posterum dicere audeat, dum in Concilio Araucano, aut in quovis alio antiquo definitum legit, neminem posse credere, sperare, diligere, pœnitere, petere, aut cogitare ab illo gratia & speciali auxilio Dei, intelligentum id esse, etiam quodam actus substantiam, & non potius, vt ad iustificationem, & ad salutem est necessarium: aut quis in posterum dicere audeat, complurium Scholasticorum sententiam de numero esse errorum Pelagi.

*Liberitas est  
in arbitrio  
nostro ad sin-  
gulos super-  
naturalis  
actus ad in-  
stificationem  
necessarios.  
Et ab ezen-  
deus.*

Ex dictis præcedentibus disputationibus satis constat, libertatem esse in arbitrio nostro ad singulos supernaturales actus ad iustificationem necessarios, cœque ab illa pendere. Licet enim ad credendum, sperandum, diligendum, & pœnitendum, vt ad faltem portet, necessaria si gratia pœnitentis, & arbitrium excitans per illustrationem & affectum ad credendum, sperandum, diligendum, aut pœnitendum, vt inde hi actus, quales oportet eliciantur: in potestate tamen arbitrii est, Deo ita excitant parere, aut non parere, assensum fidei (cooperante & co-influente simul eodem auxilio gratia, vt in progressu videbimus) imperando, in spem fæse erigendo, & de peccatis dolendo, aut ab his actibus abstinentendo, vel etiam prorūpendo in actus his omnino repugnantes ac contrarios. Vnde in Concilio Tridentino sess. 6. can. 4. sic definitum est: *Si quis dixerit, li-  
berum hominis arbitrium, à Deo motum & excitatum,  
nihil cooperari assentiendo Deo excitant, atque vocanti  
quoad obtinendum iustificationem gratiam, se disponat  
at preparare, negue posse diffidere, si velit, sed velut  
inanime quoddam nihil omnino agere, merique passim  
se habere, anathema sit. Lege etiam cap. 5. & 14. &  
canonem 5. & 7. eiusdem sessionis. Idem aperte fo-  
nant, tum iuritationes omnes ad fidem & ad pœni-  
tentiam peccatoribus propositæ in Scriptura, tu in-  
crepationes & obiurgationes, quod accedere nolue-  
rint, de quarum numero sunt, quæ sequuntur. Za-  
char. 1. *Conseruimini ad me, & conuertar ad vos.* loëlis  
2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Ezechielis  
18. *Facie vobis cor nouum & spiritum nouum, quare  
moriemini?* Psalm. 94. *Hodie si vocem eius audieritis,  
nolite obdurare corda vestra.* Matth. 11. *Venite ad me  
omnes, qui laboratis & onerati esis, & ego reficiam vos.*  
Tollite iugum meum super vos. Proverb. 1. *Quia voca-  
ui, & renuius exendi manum meam, & non fuit, qui  
afficeret, despxixisti omne confitum meum, ego quoque  
in interitu vestro ridebo: & pleraque aliae.**

Et si similiter in nostro arbitrio, post iustificationis donum comparatum, libertatem ad exercendum, medianisibus habitibus supernaturalibus iam suscepisti, alisque auxiliis diuinis, meritoriora opera augmenti gratia & gloria, idemque arbitrium libere in ea perseverare, aut ab ea per lethale peccatum decidere, ex se, & ex dictis est satis manifestum, patetque magis in sequentibus. Satis etiam aperte definitur in Concilio Tridentino sess. 6. à cap. 10. vsque ad finem, multiq[ue] Scripturæ testimonii

Molina in D. Thom.

B D Isputatione quinta diximus de viribus arbitrij nostræ in statu naturæ corruptæ ad singulos actus morales, tam naturales, quam supernaturales elicendo. Si quid verò aliud deest, disputatione 19.

Explicanda nunc sunt vires eiusdem, tum ad vniuersam legem, tum ad partes illius implendas. Cùm autem disputat. 3. ostensum sit, pares easdém que esse arbitrij vires, sive spectentur in statu naturæ corrupta, scilicet auxiliis ac donis, sive in puris naturalibus, necesse non erit miscere sermonem de eo in puris naturalibus, quoniam qua dicentur de statu naturæ corruptæ, scilicet, quocumque particulari auxilio, similiter intelligenda sunt de statu hominis in puris naturalibus considerati. Ut autem ab iis, quæ ampliora ac difficultiora sunt, vt fiant, ordinamur, primo loco dicendum est de viribus illius ad vniuersam legem, etiam sub culpa veniali obligantem.

D De qua re sit prima conclusio. Homo in statu naturæ corruptæ, etiam si in gratia gratum faciente sit constitutus, imò etiam si adiuvetur iis auxiliis quibus sanctissimi ac perfectissimi quicunque viri à Deo adiuvari consueuerunt, non ita feruare potest totam legem, vt peccata omnia, etiam venialia enitent, nisi id singulari priuilegio sit ei concessum, vt Beata Virgini diuino munere collatum esse, tenet Ecclesia. Conclusio ad fidem spectat. Contrariumque fuit error Pelagianorum assertum, hominem per solas vires arbitrij posse vitam transfigere sine omni prorsus peccato.

Colligitur verò ex illo prima Ioa. 1. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Ecclesiastis c. 7. *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* 3. Regum 8. *Non est homo qui non peccet.* Ad Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, & captiuantem me in lege peccati.* Ecce, Ioan. & Paulus confitentur se incidere in venialia peccata, cùm tamé maximis, præclarissimisque auxiliis à Deo iuarentur. Multa alia loca in confirmationem huius conclusionis accumulantur. Hieronymus in epist. ad Ctesiphontem, & 1. libro dialogorum aduersus Pelagianos, & Aug. in libro de perfectione iustitiae.

E Eadem conclusio definita est in Concilio Mileuitano postissimum cap. 6. 7. & 8. vbi varia testimonia Scripturæ in eiusdem rei probationem adducuntur. Eadem definitiones habentur in Concilio Africano cap. 8. 1. 8. & 83. Definita etiam est ab Innocentio 1. in epistola ad Concilium Carthaginense, quæ est 25. epistolarum Innocentij, & in epistola ad Concilium Mileuitanum, quæ est 26. à quo Concilium Mileuitanum approbatur. A Cælestino primo epist. 1. ad episcopos Galliæ, à quo eadem definitiones tamquam à Sede Apostolica approbata referuntur, & adduntur multa alia, quibus eadem conclusio definitur. Definita denique est in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 11. & can. 23. cuius hæc sunt verba: *Si quis dixerit hominem iustificationem posse in toto vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.* Ratio verò eiusmodi

RIT defini

2. conclusio.  
Peccata singula venialia vitare possumus.

definitionis reddetur disputatione sequenti.

Secunda conclusio. Potest nihilominus liberum arbitrium in statu naturæ corruptæ vitare singula venialia peccata. Hæc est communis omnium, facile probatur. Quoniam si singula vitare non possit, sicut in illa incidente, non peccaret, quippe cum peccato adeo innatum sit esse voluntarium, posse que proinde vitari, ut si voluntarium non sit, continuo non sit peccatum: testimonia autem Scripturæ citata, & definitiones Ecclesiæ de veris peccatis & culpis loquuntur, quæ peccatores, pœnæque dignos constituent. Quod sit, ut cum libertate ad singula vitanda coniunctum esse possit non posse diu vitare omnia. Quomodo autem hæc duo mutuò consentiant disputat. 20. explicabitur.

### DISPUTATIO XVII.

*De viribus liberi arbitrii ad implendam legem totam, quæ sub letali culpa obligat, nec non partes vniuersæ legis.*

Prima cō-

clusio.

Cum quotidiano particuliari auxilio confitimus in gratia vitare in toto vi-

tæ potest peccata omnia lethalia.

V ad legem sub culpa letali obligantem, nec-

non ad partes vniuersæ legis deueniamus, sit

prima conclusio. Homo in statu naturæ corruptæ, si

in gratia gratum faciente sit constitutus, cum quo-

tidiano particuliari auxilio, quod Deus conferre pre-

stò est, potest diu, inò per totam vitam, abstinerre ab

omni lethali culpa, atque adeo legem totam serua-

re, quæ sub ea culpa obligat. Conclusio hæc falsa si-

de Catholica negari non potest: definita namque est

in Concilio Trid. fess. 6. cap. i. hiunc verbis: *Nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita*

*vocu* *vitæ* *debet*, *Dei* *præcepta* *homini* *iustificato* *ad* *obser-*

*vandum* *est* *impossibilita*.

*Nam* *Deus* *impossibilita* *non*

*subi* *sed* *tubendo* *monet*, *&* *facere* *quod* *possi*,

*&* *petere* *quod* *non* *possi*,

*&* *adiuuat* *ut* *possi*. *Cuius* *mandata*

*gratia* *non* *sunt* *cuius* *iugum* *suaue* *est*,

*&* *omnis* *leue*. *Qui*

*enim* *sunt* *fili* *Dei*,

*Christum* *diligunt*,

*qui* *autem* *dilig-*

*gunt* *eum*,

*et* *ipso* *testatur*,

*seruant* *sermones* *eius*,

*quod* *virique* *cum* *diuino* *auxilio* *prestare* *possum*. *Et* *in-*

*fr*:

*Deus* *sua* *gratia* *semel* *iustificatos* *non* *deserit*, *nisi* *ab*

*eis* *prius* *deseratur*. *Hac* *Tridentina* *synodus*. *Quod*

*verò* *sermo* *sit* *de* *præceptis* *obligantibus* *sub* *culpa*

*lethalis*, *patet* *apertissime* *ex* *codem* *capite*, *vbi* *defi-*

*nitur*, *Neminem* *posse* *vitare* *diu* *peccata* *omnia* *venia-*

*lia*, *neque* *propter* *illa* *desinere* *est* *inustum*. *Et* *cap. i. 3.* *de*

*dono* *perfueranter* *in* *gratia* *gratiam* *faciente* *dicitur*,

*aliunde* *haberi* *non* *posse*, *nisi* *ab* *eo*, *qui* *potens*

*est* *eum*, *qui* *stat*, *statuere*. *Atque* *in* *auxilio* *Dei* *fir-*

*milius* *omnes* *spem* *collocare* *ac* *reponere* *debe-*

*re*. *Cuius* *rei* *hæc* *redditur* *ratio*. *Deus* *enim*, *nisi* *ipse*

*illius* *gratia* *desuerint*, *sicut* *capit* *opus* *bonum*, *ita* *per-*

*perfici*, *operans* *vele* *&* *perficiere*. *Et* *cap. i. 6.* *de* *iustificatis*

*dicitur*: *Sicut* *acceptam* *gratiam* *perpetuè* *conseruau-*

*ent*, *sue* *amissam* *recuperauerint*, *&* *can. 18.* *Si* *quis* *dix-*

*erit*, *Dei* *præcepta* *homini*, *etiam* *iustificato* *&* *sub* *gra-*

*tia* *constituto*, *est* *ad* *obseruandum* *impossibili* *anathema*

*sit*. *Et* *can. 22.* *Si* *quis* *dixerit*, *iustificatum* *perseuerare* *non* *posse* *in* *accepta* *instituta* *cum* *speciali* *auxilio*

*Dei* *anathema* *sit*.

Eadem conclusio colligitur ex Concilio Mileuitano c. 3. 4. & 5. & Africano c. 78. 79. & 80. ex definitionibus Innoceti & Celestini disputatione precedente citatis, & ex Concilio Arausiano c. 25. vbi ita habetur, *Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante & cooperante) qua ad salutem perirent, possint (si dexter laborare voluerint) adimplere*. Vnde Hieronymus in expositione Symboli ad

A Damasum, *Exemplarum* ait, *corum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid à Deo præcepit esse, & mandata Dei, non à singulis, sed ab omnibus in communione posse seruari*. Et Augustinus sermo. 61. de tempore ait, *Deus neque impossibile aliquid potuit imperare, quia iustum est, neque damnatus est hominem pro eo, quod non potuit vitare, quia pius est*.

B Ratio vero quare, licet iusti, etiam cum praecellentibus quibusque auxiliis quæ majoribus Sanctis à Deo misericorditer impenduntur, vitare non possint peccata omnia venialia per longum tempus, abstinere tamen possint ab omni peccato letali, etiam per totum vitæ cursum cum ordinario auxilio particulari, quod Deus præstò est conferre quibuscum iusti, ea est: *Quod occasiones peccatorum venialium frequentissimæ sunt, possintque venialia peccata ex surreptione absque plena deliberatione committi: mens verò non potest esse in tam exacta & continua vigilia aduerius tam frequentes & multiplices occasiones, ut in singulis momentis magni aliquius temporis totum efficiat, quod potest ut eiusmodi omnia peccata evitent; præsertim cum mortales à tanto labore suscipiendo torpescant, ed quod intelligent, per eiusmodi peccata Dei gratiam non amittit, ne incurri aeternum interitum. Quod vero*

C *sancctorum quisque est, eo plus invigilat, maioribusque auxiliis iuuatur, pluraque proinde peccata venialia deuinit. At cum occasio nes letali pectorum, neque tot, neque tam frequentes sint, in illisque superandas agatur de amicitia Dei amittenda, incurrendaque extrema miseria, plus homines invigilare solent, maiorēque laborem affluerunt, ne succumbant, minorique auxilio (quale est quod iustis omnibus Deus præstò est impendere) possunt omnes eas ad longum etiam tempus superare. Id quod confirmat exhortatio illa Ecclesiasti. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Atque illud i. Petri 1. Satagit ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem facias: *hac enim facientes non peccabis* aliquando His accedit, quia quo quisque magis strenuè à principio pugnat, & robustior eundit, maioribusque auxiliis à Deo adiuvari solet, ut melius deinceps occasions peccatorum possit superare. Aequissimum autem fuit ita per Christum libero arbitrio subueniri, ut licet vulnus naturæ corrupta in eo sentiret, quod peccata omnia venialia diu non possent superare, vires nihilominus à Deo accepit, quibus per totum vitæ cursum possit, si vellet, ea omnia vincere, quæ diuinæ amicitiae, propriaque saluti essent contraria, cuiusmodi sunt letalia peccata.*

D De eo vero homine status naturæ corrupta, qui extra gratiam gratum facientem in foro iacet letalis culpa nondum per penitentiam deleta, neque Concilia, neque testimonia citata, vt vides, loquuntur: affirmanda tamen sunt, quæ sequuntur. Primum, numquam illi denegari auxilium sufficiens, vt quoties voluerit, resurgat, & in gratia repatur, ut disputatione 10. ostendit est. Secundum, per consequens numquam ei denegari auxilium sufficiens, vt quoties tempus occurrit seruandi super naturale præceptum, diligendi, ac penitendi, aut etiam credendi, & sperandi supernaturaliter (si talis homo infidelis sit) implere illud possit, si vellet. Tertium, neque etiam illi denegari auxilium sufficiens ut vitare possit, si vellet, quodcumque letale peccatum, ac proinde dum illud non vitat, peccare. Postremum, longè minores vires esse regulariter in eo ad perfuerandum sine noua letali culpa, quam finitum est in eo, qui in gratia gratum faciente est constitutus.

Tum